



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

V. Driesen, Friedeberg, Woldenberg und Tankow

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

Driesen, Friedeberg, Woldenberg und Cankw.

- I. Der Markgraf Woldemar giebt den Rittersn Heinrich und Burchard von der Ost die Burg und Stadt Driesen zu Lehn für 2000 Mark, am 2. Februar 1317, Transsumt vom 20. Januar 1428.

In nomine domini Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo vicefimo octavo, Indictione sexta, die Mercurii, mensis Januarii vicefima, prima hora eiusdem diei vesperorum vel quasi, in domo principali castri Marienburg, Pomezaniensis dyocefeos, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini Martini, diuina prouidencia pape quinti, Anno vndecimo, In mei notarii publici et testium subscriptorum ad hoc specialiter uocatorum et rogatorum prefencia, constitutus personaliter Magnificus et religiosus dominus frater Paulus de Rustorff, ordinis beate Marie domus Theutonicorum Jherosolimitanorum magister generalis, Tenens et habens in suis manibus quandam literam patentem in pergameno descriptam illustris principis domini, domini Woldemari, felicis memorie quondam marggrabii Brandenburgensis, Sigillo eiusdem domini Woldemari rotundo, pressula pergamenea appenso Sigillata, Asserens magno subiacere periculo propter viarum discrimina et literarum pericula huiusmodi originale literam ad diversa loca portari seu deduci, Quapropter dominus magister generalis prefatus eandem literam originale michi notario publico subscripto ad manus tradidit, et ut eam transumerem seu exemplarem ac in publicam formam redigerem, debite requisit. Ego igitur literam eandem ad me recepi, diligenter inspexi ac ipsam sanam, illesam et sine vicio et suspicione omnibus, ut prima facie apparebat, reperi ipsamque de uerbo ad uerbum exemplari seu transcripti et prefens instrumentum publicum exinde confeci. Tenor uero et series litere predictae sequitur et est talis: Wie Woldemar, von der Gnade Godes Marcgreue tu Brandenburg vnd tu Lufitez, bekennen vnd betughen in desern breue, dat wi den Erbarn Ridderen Hinrik vnd Burcarde von der Ost vnd eren Brudern vnd eren ersnamen vnd erer kinder ersnamen hebben geleghen dat hus vnd de Stadt tu Driesen eweliken to eme rechten lene to besittende mit den molen, de dar sint vnd noch buwen mach, mit al deme, dat dartu behort, mit tollern, water tol vnd lant tol, mit alleme rechte, mit allem make, mit aller nutb, mit aller vrocht, de to deme vorbenomeden Huse horen. Vortmer late wi en de Heide vnd de Dorpe, de to der poleneschen syde licht, mit al den seen, mit al den vliten, mit al den scheiden,

also wie se vor hebben gehat. Vortmer late wi desen vorbenomeden vnd eren erfnamen de Heyde, de to der dudelchen syde licht, de dar heiten de Berghe to Dreifen, mit allen feen, mit allen vleitē, mit allen molen, mit allen holten, mit allen bruken, mit aller nuth, mit aller vrucht to ewig-
liken tiden vrie to besittende. Dit gut dat late wie em mit sodaner scheidē von Gotzun wente to curow, van curow wente an dat vlet to der czuchen, von der czuchen de heide vp wente an de Drawe, de Drawe nedir wente an de Netze vnd de Necze went an Gotzun. Vortmer late wi desen vorproken ridders vnd eren eruen dat vorbenante goet mit allen rechten, mit den hogesten vnd sydesten, mit bede vnd mit allirhande bede, mit deneste vnd mit waghende-
neste, mit kerklenen, mit allerhande nuth vnd mit allir vriheit, als wi dat ghehat hebben, to eme rechten lene to besittende ewichliken, als hir vor beschreben is. Vor dit vorbenomede guet geuen vs desse riddere vnd ere brudere mit willen twe dusent marc brandenburgischen siluers. Dessir lehungē vnd dessir ding sint tuch: Greue Gunther von Keuernberg, Conrad von redern, Bertolt schenke, Friderik von Aluensleue, Ebelle von Widderhaw, vse vogeth, vnd Henning Botel, vse riddere. Vp dat desse Liunghe ganz vnd stede bliue, so geue wi dessen brieff, gefeghelt mit vnseme Ingheseghelle. Dat is gescheen to Leuenwolde, na der bort Godes Tufent Jar vnd drehundert iar, in dem seunteinden iare, in dem helighen daghe to Lichtmessē vnser leuen vrouwen. Sigillum uero dicte liere appensum rotundum de cera communi glauci coloris, ab extra ab intra vero habens ceram apparentem coloris viridis, tendentem tamen ad ingredinem. In cuius sigillo medio clipeus et in medio clipei aquila magna alis extensis stare videbatur. Litere uero circumferenciales, que legi poterant, dictiones sequentes figurabant: Wodemar dei gracia margravius brandeburgensis. Super omnibus et singulis premiffis dominus magister generalis prelibatus sibi confici peciit a me notario infracripto vnum uel plura publicum uel publica, aut tot, quot suffecerint, instrumentum uel instrumenta. Acta sunt hec Anno, Indictione, die, mense, hora, loco et pontificatu, quibus supra, Presentibus famosis et ualidis Johanne Rothoff, Thymon de Michelaw et Petro Tolkyn, Pomezanien., Wladislau. et Warmien. dyocesium armigeris, Testibus ad premiffa vocatis pariter rogatis et requisitis.

Et ego Martinus Luce de Marienborg, clericus Pomezanienſis Dyoceſeos, publicus imperiali auctoritate notarius, quia prescriptam literam originalem fideliter transcripsi, exemplui seu transumpsi, nichil addito, subtracto seu mutato, quod sensum variet aut mutet intellectum factaque collatione diligenti hoc presens publicum transumptum cum ipsa originali litera de uerbo ad uerbum concordare inueni, Ideo hoc presens transumptum manu mea conscriptum in notam recepi publicam et in hanc formam publicam redegi Signoque, nomine et cognomine meis solitis consignavi, vocatus, rogatus et debite requisitus, in fidem et testimonium euidentis omnium et singulorum premifforum.

Nach einer Abschrift aus dem Königl. Geh. Archive zu Königsberg.

II. Markgraf Ludwig von Brandenburg verleiht an Betkin von Ost 50 Mark jährlicher Hebung aus der Stadt Friedeberg zum Bau der nach dem Schlosse Driesen führenden Wege und Dämme, am 21. Januar 1330.

Nos Ludowicus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, presentibus publice protestamur, quod fidelibus nostris Betkino de Ost, famulo, ejus fratribus et patris eorumque veris heredibus contulimus et conferimus quinquaginta marcas Brand. argenti redditus in contributione civitatis nostre Fredeberg annuos, juncta manu justo feudo percipiendos terminis in consuetis, ob emendationes viarum et aggeris tendentium ad Castrum Driesen libere possidendos. In cujus rei testimonium dari fecimus presentes litteras nostro sigillo roboratas. Datum Cedenik, in die beate agnetis virginis sancte, Anno Domini millesimo tricentesimo tricesimo, presentibus testibus Reverendo patre Domino Ludovico, Brandenb. ecclesie Episcopo, Nobili viro Domino Guntero Comite de Lyndow, Jord. de Nuwendorff, Henningo et Henrico de Sidow, Hermanno de Wolkow, militibus, Hassone et Wedegone de Wedele, famulis, et Hermanno de Lucho, prothonotario nostro, cum pluribus de nostra familia fidei constantia decoratis.

Nach Abschriften in L. H. v. Werner's gesammelten Nachrichten Bd. 1. pag. 68 und der Diekmann'schen Sammlung f. 273.

III. Markgraf Ludwig belehnt Bürger Friedeberg's mit Besitzungen in Gartzig, am 22. Juli 1333.

Anno domini M^o. CCC^o. tricesimo tercio, quinta feria ante Jacobi, contulimus Reinkino et martino, fratribus, dictis polen, ciuibus in Vredeberg, quinque manfos soluentes terciam mediam libram denariorum, tabernam soluentem decem solidos denariorum in villa Gartzik medium chorum siliginis in molendino ibidem omni iure, quo ea Eb. Retzin tytulo feodali a marchione woldemaro predecessore tenuit.

Aus dem Leipziger Copialbuche der Advoc. Lantesp. p. 23. No. 1.

IV. Markgraf Ludwig befreit die Stadt Waldenberg auf 4 Jahre von allen Abgaben,
am 22. Juli 1333.

Anno et die subnotatis Exemimus civitatem nostram waldinborg a die commemorationis beati pauli per quatuor annos ab omni pensione annua.

Aus dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Landsberg Bl. 23, No. III. Das Datum ist das der vorstehenden Urkunde.

V. Betekin und Arnold von der Ost quittiren den Markgrafen Ludwig wegen einer Forderung aus der Verwaltung der Vogtei Friedeberg, am 26. Juli 1333.

Quoniam cum rerum gestarum certissima comprehensio sit scriptura, que de verborum serie in ipsam redactorum nihil auget, minuit sine mutat, Nos igitur betekinus et arnoldus, famuli et fratres, dicti de Oest, coram omnibus cristi fidelibus, quorum audientie et presentie productum fuerit presens scriptum, publice profiteamur, Quod magnificum et illustrem dominum, dominum Ludovicum, marchionem brandenburgensem, de omni pagatione et solutione omnium debitorum, quibus nobis ex procuracione et officiatu aduocatie vredeberg tenebatur, dimittimus liberum, quitum presentibus et solutum. Nam nobis dicta debita omnimode et plenarie dedit et persoluit, nec oportet ut a nobis aut a nostris heredibus aliquo modo moneatur. In cuius rei testimonium presentem literam nostri sigilli munimine fecimus communiri. Datum in premzlaue, anno domini M^o. CCC^o. XXXIII^o, sequenti die post Jacobi apostoli.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.).

VI. Markgraf Ludwig verleiht an die Gebrüder Bechtold und Arnold von Ost Hebungen aus Friedeberg unter der Bedingung, ihm mit ihrer Besse Driesen gehorsam zu sein, im Jahre 1334.

Anno eodem (1334) Nos Ludovicus etc. Attendentes grata obsequia nobis per strenuos viros Bechtoldum et arnoldum, fratres, dictos de Ost, exhibita et adhuc in posterum exhibenda, ipsis ipsorumque veris heredibus deputavimus et presentibus deputamus XL libr. denariorum brand. annuorum reddituum in civitate nostra Vredeberg, duorum sibi XX libr. in festo beate walpurgis et totidem in festo beati Martini proxime tunc subsequenti, quousque id ipsis competierit et etiam nos duxerimus reuocandum, Tali condicione tamen interposita, quod iidem fratres de Ost

nobis aut successoribus nostris cum municione eorum dicta driezen, videlicet castro et oppido, contra quolibet parere debebunt et in singulis nostris necessitatibus cum omnibus ipsorum viribus sine dolo quolibet fideliter obedire. In cuius etc.

Aus dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Landsberg Bl. 23, No. VIII.

VII. Markgraf Ludwig bestätigt eine in der Pfarrkirche zu Wolbenberg vorgenommene Altarstiftung, am 24. März 1336.

Anno domini M^o CCC^o sexto, die palmarum, in Vrankenford. Ob vniuersarum rerum conditoris laudem et reuerentiam diuinique cultus augmentum iugemque memoriam progenitorum et successorum suorum et animarum salutem propriam dotauerunt et fundarunt strenuus uir dietericus de Bornim, fidelis noster dilectus, nec non Johannes Melcer et willikin de wrizna, ciues nostri in woldinburg, in ecclesia parochiali ciuitatis predictae quoddam altare, consecratum in honore beate Marie virginis, cum octo frustis denariorum annue pensionis, quorum sex cum dimidio in censu manforum et XXX solidi in censu arearum intra muros ciuitatis predictae sita sunt sua propria substantia siue rebus. Qui quidem prenotati, nostram adeuntes presentiam, nobis, ut eidem altari dictos redditus incorporare et appropriare dignaremur, cum instanti instantia supplicarunt, quorum instantiis fauorabiliter annuimus iuxta uota, Eidem altari prenotatus redditus ob perpetuam predecessorum nostrorum bone recordacionis, nostri, heredum et successorum nostrorum memoriam appropriauimus, donauimus sine dacione muneris alicuius, appropriamus presentibus et donamus sic, quod perpetue possit gaudere et uti de eisdem impedimento quolibet rescato, tali condicione, quod dicti altaris presentacio siue collacio postquam nos vniam ad ipsum altare presentauerimus, cuius facultatem nobis post decessum persone nunc dictum altare officiantis referuauimus ad dietericum de Bornim, Johannem Melcer et Willikinum de wrizna redire nulla contradicione interueniente, debeat pariter et deuolui.

Aus dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Landsberg Bl. 25, No. XV.

VIII. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Friedeberg eine ältere Zusicherung, wornach ihre jährliche Abgabe nicht mehr als 60 Mark Silber betragen soll, am 7. April 1336.

Eodem anno, die et loco (Arneburg, dominica qualimodogeniti). Recognoscimus etc. quod nos etc. attendentes et diligenti consideracione pensantes obsequiorum et fidelitatis nobis a longinquis temporibus per ciuitatis nostre Vredeberg ciues fideliter inpenforum promptitudinem,

ipsis ipsorumque heredibus et successoribus ad ipsorum instantem instantiam litteras pridem nostri nomine datas sub modis et conditionibus, prout ipsis per nos super annua ipsorum contributione, sic quod nobis neque successoribus nostris secundum priores litteras annuatim non magis, quam sexaginta marcas argenti solvere neque dare teneantur date sunt, confirmamus, ratificamus et presentibus approbamus.

Aus dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Landsberg Bl. 25, No. XVII.

IX. Markgraf Ludwig ermäßigt der Stadt Friedeberg ihre jährliche Abgaben und bestätigt ihr seine über das Dorf Gorik gegebene Verschreibung, am 24. August 1337.

Anno domini M. CCC. XXXVII., in die beati Bartholomei Apostoli. Ludouicus etc. Attendentes fidelitatis vestre constantiam dampnorumque occasione nostra per aduerfantium illationem perpefforum vobis egestatis et inopie, quas vos dictorum dampnorum ratione illapfi estis, in datione pensionis siue contributionis vestre annue in L' marcis argenti Brandenburgensis et ponderis condescendimus, sic quod de ipsis L' marcis argenti pensionis vestre predictae, vos, quousque vobis in C cum L' marcis argenti integraliter nostri nomine resulum fuerit, habebimus et haberi efficere volumus penitus supportatos. Volentes eciam litteras quondam super inphedatione ville dicte Gorik per nos datas et admiffas secundum ipsorum ritam continentiam inconvulsas tenere pariter et gratas. In cuius etc. Testes Io. Buch, Ianeke Stigelitz, Laurencius de Griffenberg, Henningus de Berlin etc.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

X. Markgraf Ludwig bestätigt Bürgern in Friedeberg von Betkin von der Ost erkaufte Mühlpächte, am 2. Oktober 1337.

Anno domini M. CCC. XXXVII., feria quinta post Michahelis, in ciuitate Berlin contulimus et presentibus conferimus discretis viris Martino et reynekino, dictis Polen, ciuitatis nostre Vredeberg ciuibus, ipsorumque veris heredibus, quoad manum coniunctam quatuor choros filiginis annue deriuationis siue pensionis ex inferiori molendino annis singulis deriuandos eo modo, forma, conditione et iure, quibus dictos choros strenuus miles Betkinus de Ost ipsis debito pretio uendit, sine impedimento quolibet quiete et pacifice possidendos. In cuius etc. Testes etc.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XI. Markgraf Ludwig vereignet dem Lüdkin, Bürger in Friedeberg, gewisse Gebungen zur Uebertragung in kirchlichen Gebrauch, und legt ihm für die Verwaltung des Landgerichtes Einkünfte bei, am 10. Oktober 1338.

Anno M^o CCC^o XXXVIII^o, in Soldin, in crastino Dyonisii. Nos Ludouicus etc. Discreto viro Ludkino, civitatis nostre Vredeberg cui, sincere nobis dilecto, IX solidos denariorum Brandenburgensium cum VII denariis annue pensionis in mansorum et arearum censibus annuis, quos ob salutem sui et heredum sibi succedentium altari dotando in ecclesia ibidem proponit et intendit applicare, appropriavimus et appropriamus per presentes, pro qua quidem appropriatione idem Ludkinus tria frusta cum dimidio denariorum Brandenburgensium annue derivationis in pensione ville dicte Garrik nobis heredibusque nostris libere dimisit, deputavit et renuntiando fructus eisdem renuntiatione publica expressius assignavit. Deputamus etiam sibi ob id, vt iudicium provinciale tamquam iudex legitimus fideliter regat et dirigat, tres marcas argenti Brandenburgensis et ponderis in consistorio civitatis nostre predictę singulis annis percipiendas et tollendas temporibus solummodo vite sue. Annuimus etiam sibi ex favore singulari, ut, dum ipse eidem iudicio egritudinis vel alio legitimo casu prepeditus preesse non valebit, quod alium ydoneum ipsius loco statuere poterit, quousque a casu sibi tunc obstante fuerit releuatus. In cuius etc. Testes Bortuelt, Yfoldesrider, Heylo, Bet. de Ost, milites, Hasso de Wedel senior, Ty. de Brederlo cum ceteris.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XII. Markgraf Ludwig erläßt der Stadt Wolzenberg die Urbede auf 2 Jahre, am 10. Dezember 1340.

Nouerint vniuersi presentia inspectori etc. Quod nos Ludouicus etc. Relaxauimus prudentibus viris consulis civitatis Waldinberg, fidelibus nostris dilectis, pensionem annuam solitam nobis debendam a festo beati Martini proxime venientis per duos annos continuos, sic quod nobis nec vlli officiorum nostrorum ipso durante tempore ad vllius pensionis solutionem teneantur, et presentibus decreuimus relaxare. Volentes tamen, vt iidem eiusdem pensionis derivationem in munimenta muros et fossata ipsius civitatis euidenter dirigant et conuertant. In cuius etc. Testes Conradus dux de Tecke, Guntherus comes de Swarzburg, Io. de Buch, H. Rischach, nostre curie magister, Albertus Wolfuestein, Helo, Marschalcus, cum ceteris. Datum Spandow, anno domini M. CCC. XL., die dominica post diem beati Nycolai episcopi.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XIII. Markgraf Ludwig belehnt Bürger zu Friedeberg mit Besitzungen in Mansfeld und Pelitz, am 29. Januar 1341.

Nouerint etc. quod nos Ludowicus etc. contulimus et presentibus conferimus discretis viris Reynkino, Martino et Nycolao, fratribus, dictis Polan, ciuitatis nostre Vredeberg ciuibus, fidelibus nostris dilectis, nec non Iacobo et Nycolao, eiusdem Reynkini filiis, suisque legitimis heredibus VIII manfos, V solidos denariorum Brandenburgensium in taberna, octauam partem iudicii, in villa mansvelde situatos, cum omni iure, gracia, comodo et utilitate, quibus dictos manfos, denarios in thaberna, partem iudicii strenui viri Luderus, echardus et nycolaus, fratres, de hersleibe fideles a predecessoribus nostris marchionibus Brandenburgensibus bone recordationis et a nobis tenuerunt et habuerunt, et eciam decem manfos in villa pelitz eodem iure, gratia, comodo et utilitate, quibus dictos manfos fideles nostri echardus et nortmannus, fratres, de herslebe, a predecessoribus nostris marchionibus pretactis eciamque a nobis tenuerunt et possiderunt, denuo quiete et pacifice possidendos, iuribus tamen nostris in predictis villis vtrobi- que plenarie referuatis. In cuius etc. Testes huius sunt Beringerus Heylo, albertus wolf- steiner, Bombrecht, pincerna, milites, Tyd. Brederlo cum ceteris. Datum soldin, anno domini M. CCC. XLI, feria secunda post conversionem sancti pauli.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XIV. Markgraf Ludwig sichert der Stadt Friedeberg freie Schifffahrt zu, am 5. Februar 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludowicus — Considerata fidelitatis promptitudine discretorum virorum consulum vniuersitatis ciuitatis nostre Fredeberg nobis exhibita sepius et impenfa, eisdem talem fecimus et presentibus facere decreuimus gratiam specialem, videlicet quod liberum facere poterant nauigium siue meatum navium et situm predictae ciuitatis vsque in Stettin per fluuios sub- notatos, primo per fluuium dictum polka, qui dirigit in netzam, a quo in alium, qui dicitur trawa, qui ducit in oderam et deinceps per ipsam oderam ascendendo seu descendendo suis cum mercibus atque rebus transire valebunt ad loca singula, secundum quod ipsis melius et com- modosius videbitur expedire. Debebunt quoque ab omnibus theloneorum dacionibus supportari cum descendunt duntaxat, eo dempto theloneo in Tzweh, vbi dimidietatem dicto in descensu dare sine recusacione qualibet tenebuntur et in descensu (ascensu?) plenum et consuetum erogare debe- bunt theloneum in locis singulis et vniuersis, vbi ex debito solet exigi siue colligi, Addentes in pre- missis, quod cum generalis prohibicio per terras nostras facta fuerit de annonis deducendis preter illas annonas, quas emendo in terris polonie sua pecunia comparabunt In cuius testes Wolffstein, Swyker, Hufener, Altman. Datum Soldin, sabbato ante esto michi, Anno XLV°.

Aus der Dickmann'schen Urkunden-Sammlung der Breslauer Universitäts-Bibliothek und des Geh. Staatsarchives und der Hackwiz'schen Sammlung — in allen Abschriften gleich mangelhaft.

XV. Markgraf Ludwig vereignet der Stadt Wolbenberg eine Hebung in ihrem Bereiche,
am 5. März 1345.

Ludowicus etc. Discretis viris Consulibus totique communitati ciuitatis Waldenberg etc. Ex eo quod per cottidianos hostium et emulorum insultus graua periculorum dispendia sepius pertulistis, nos in refusionem et restaurum dampnorum eorundem ob vestre fidelitatis constantiam in vobis laudabiliter compertam vobis et uniuersitati ciuitatis predictae de mera mentis nostre beniuolentia XXIII libras leuium denariorum, qui vulgariter dicuntur Vynkenogen, in metis, limitibus, terminis et distinctionibus ipsius sitas, appropriauimus et appropriare decreuimus per presentes, perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet pertinendas. Renunciantes etc. In cuius etc. Testes Swartzburg, Wolfsteiner, Hele etc. Datum Tankow, sabbato ante Letare (Anno M. CCC. XLV.).

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in qu.).

XVI. Markgraf Ludwig ermäßigt die von der Stadt Tankow zu leistende Urbede, damit die
Stadt sich befestigen könne, am 24. Februar 1347.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc., intuentes intencionem ac propositum firmum, quam uel quod fideles nostri, ciuitatis Tankowe consules, ad muniendam ciuitatem eandem gerant, ipsis in pensione eorum annua, que se hactenus ad XVI marcas argenti extendebat, premiorum gracia condescendendo gratiam fecimus et presentibus facimus singularem, scilicet deinceps nobis, heredibus et successoribus nostris annue pensionis tantummodo X marcas argenti brand., dummodo residuas VI marcas euidenter in munimenta ciuitatis premisse convertant et dirigant, annuis temporibus erogare. In cuius — testes Hufener, Wolfstein, Satzenhofer, pincerna, Magister coquine, Wolkow, Loterpeck. Datum Ffrankfurt, Anno M^o CCC^o XLVII^o, in die sancti Mathie.

Aus Sachwitz'scher Abschrift und der Dietmann'schen Sammlung fol. 248.

XVII. Markgraf Ludwig befreiet die Stadt Driesen von gewissen Zollabgaben für ihren Handelsbetrieb, am 14. Oktober 1347.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc., intuitis et consideratis meritis et fidelibus obsequiis, nobis per strenuum militem Bethkinum de ost, fidelem nostrum dilectum, exhibitis fide-

liter et inpenfis, discretis viris consulibus et vniuersitati ciuitatis dryfen, videlicet qui proprias domus habent et residenciam habent inibi personalem, presentibus et futuris talem gratiam specialem fecimus et facere decreuimus per presentes, quod annonam et quamcunque farinam, brasum, pannum, allecia, pisces, lignum, cineres, cuprum, ferrum, sal et omnia mercimonia qualitercunque nominata, similitur descendendo et ascendendo, sursum et deorsum per aquas nauigando in Czantoch, landesberg, Cultrin et zweth In cuius — Testes Lochen, Wedel senior, Brederlow, Rochoue, Bredowe cum ceteris. Datum Berlin, Anno M^o CCC^o XLVII^o, dominica ante Galli.

Aus der Diefmann'schen Urkunden-Sammlung der Breslauer Universitäts-Bibliothek.

XVIII. Markgraf Ludwig verschreibt der Stadt Tankow die Befreiung von der Urbede, bis die Zahlung von 90 Mark, die sie für ihn an Albert von Wenden geleistet hat, getilgt ist, am 21. Oktober 1347.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. dilectis viris consulibus et vniuersitati ciuitatis nostre Tankow, fidelibus nostris dilectis, ex eo, quod Albertum de Wenden pro XC marcis argenti brandenburgensis pro sua nostri nomine propria pecunia liberarunt, volumus et annuimus per presentes, quod pensionem suam annue nobis debendam pro se tollere (debeant) singulis annis tandiu, quousque de dicta pensione receperint et collegerint C et XXV marcas argenti brandenburgensis et ponderis, in quibus ipsis ex iusto debito obligamur. In cuius etc. Lochen, capitaneus, Hasso senior, Ost, Brederlow, milites, Henricus et Arnoldus de Vchtenhagen, famuli, cum ceteris. Datum Soldin, Anno MCCCXLVII, dominica post galli.

Aus Diefmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 248 und einer Sackwitz'schen Abschrift.

XIX. Markgraf Ludwig verwandelt die Mannlehne eines Bürgers in Friedeberg in Weiberlehne, am 26. September 1348.

Nouerint etc. Nos Ludovicus etc. quod singula et vniuersa bona pfeudalia, vndique sita, eciam qualitercunque nominata, que discretus vir Reynekinus palen, ciuitatis nostre friedeberg ciuis, et eius heredes masculini sexus a nobis possiderunt et adhuc possident, exnunc de gracia speciali contulimus et presentibus conferimus eiusdem Reynekini heredibus viriulque sexus tam masculis quam femellis, eo iure, gracia, commodo, quo idem Reynekinus ea possidet, perpetuis temporibus possidenda. Testes Hasso senior, Wolfsteiner, Ost, Hasso de Valken-

burg, Brederlow, milites, et Hen. de Vchtenhagen. Datum Noua Berlin, anno M. CCC. XLVIII, feria VI ante Michahelis.

Aus der Hackwig'schen und der Dickmann'schen Sammlung.

XX. Markgraf Ludwig verschreibt dem Knappen, genannt Räufer, eine Hebung aus dem Hufenzins zu Tanfow, am 3. Januar 1349.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Contulimus et presentibus confitemur famulo famoso dicto Rovber a nobis dilecto suisque veris et legitimis heredibus X marcas leuium denariorum minus IIII solidis annuorum reddituum in censu mansorum ciuitate nostra Tankow stas meritorum suorum fidelium nobis hactenus exhibitorum et in antea fidelius exhibendorum (respectu), perpetuis temporibus quiete et pacifice sine inquietacione qualibet possidendas. In cuius etc. testes Wolffsteyn, Hasso junior de Wedel et Ost cum ceteris. Datum nova Landsberg, anno XLIX, Sabato post Circumcisionis domini.

Aus dem Steinbohr'schen Diplomatarium in Breslau.

XXI. Markgraf Ludwig ermäßigt die jährlichen Abgaben der Stadt Woldenberg, am 3. Januar 1349.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. in refusionem et sublevamen laborum et oppressionum per discretos viros consules et uniuersam ciuitatem Woldenberg, fideles nostros dilectos, propter nostri et terre nostre conservacionem habitorum, ipsis predictae ciuitatis nostre civibus et uniuersitati presentibus et futuris condescendimus et condescendere decreuimus in IIII marcis argenti brandenburgenfis de pensione ipsorum annua singulis annis duobus terminis videlicet in festo beate walpurgis in duabus marcis et in festo beati Martini in tot marcis nobis hactenus datis, sic quod in antea ipsos in eisdem perpetuis temporibus sine inquietacione qualibet heredum et officiatorum nostrorum quorumlibet habere volumus omnimode supportatos. In cuius etc. testes Wolffsteiner, Wedel, Ost, Th. Brederlow, milites. Datum nova Landspergh, Anno MCCCXLIX, sabbato post circumcisionis domini.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 196.

XXII. Markgraf Ludwig verschreibt an Betkin von Ost Hebungen aus dem Dorfe Bugarten, am 5. Januar 1349.

Nouerint vniuersi, tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludewicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, Comes palatinus Reni, Bauarie et Karinthie Dux sacrique Romani imperii Archicamerarius, obligauimus et exposuimus presentibus etiam locamus strenuo militi Betkino de Ost, fideli nostro dilecto, precariam denariorum frumenti et carniū ville Wugarden, nec non cum singulis pertinentiis, nobis in eadem villa vacantibus ad premissa, pro trecentis marcis argenti Brandenburgensis et ponderis, quas pro nostris sumptibus et vsibus nostri nomine exposuit et adhuc exponere secundum iustam rationem debet, tam diu tollendam et percipiendam, quousque sibi aut suis heredibus de predictis trecentis marcis satisfecerimus integraliter et complete. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Testes vero hujus sunt strenui viri Ludewicus de Wedel, Albertus de Wolffstein, Hasso de Falkenburg, Tidericus Brederlo, milites, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum Frankford, anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo nono, feria secunda in vigilia Epiphanie ejusdem.

Nach einer Abschrift in der von Dreger'schen handschriftl. Sammlung.

XXIII. Die Markgrafen Ludwig der Römer und Otto verschreiben dem Dobergast von der Ost zum Ritterlehne und dessen Vater Betkin eine Hebung aus Blumberg, am 7. April (1350?).

Domini ambo contulerunt Dobergast de osth, militi, ad miliciam suam et Betkino, patri suo, et ipsorum heredibus XIII frusta annuorum reddituum, sita in precaria ville blumberch in merica massin, perpetue possidenda iusto pheudi titulo, eo jure, quo dominus habuit. In cuius etc. Testes Bombrecht, Nimicus de Hele, Hager, Lengfeld. Datum Frankford, feria III post quassimodogeniti.

Aus Sachwiz'scher Abschrift. Das Jahr der Ausstellung fehlt.

XXIV. Markgraf Ludwig d. R. verleiht dem Dobergast von der Ost, Betkin's Sohne, zur bes-
sern Behauptung der neu erlangten Ritterwürde das Dorf Blumenberg mit allen Rechten,
am 11. November 1350.

Nos Ludewicus Romanus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusacie Marchio,
nec non Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni et Bavarie Dux, Tenore pre-
sentium notum fecimus universis, quod nos discreto viro Tobirgast, militi nostro, nato strenui mi-
litis Betkini de Ost, fidelis nostri dilecti, ob militaris status et honoris novitatem et incrementum
et specialis favoris ob respectum, necnon dicti patris sui Betkini meritorum fidelium consideratione
contulimus, donamus et conferimus per presentes villam nostram Blumenberg cum omnibus juri-
bus, libertatibus, commodis et honoribus ac prouentibus, redditibus seu omnium precariorum et
fructuum obuencionibus dicte ville pertinentibus, aut ratione eorundem seu inde quocunque deri-
vari potentibus eo jure et forma, quibus nos ac nostros antecessores felicis recordationis Marchio-
nes Brandenburgenses jam longe retractis temporibus tenuisse villam prenotatam constat et possedisse,
cum devolutione omnium bonorum a nobis in villa eadem in feudum procedentium, quorum si
possessores feodi capacibus heredibus non relictis decedere contingeret ac obire, eadem bona
nichilominus eidem Tobirgast ex nunc, prout ex tunc conferimus per presentes prenotatam villam
atque bona in antea perpetuis temporibus tenendam, percipiendam ac contradictione seu quibuslibet
impedimentis semotis pacifice justo proprietatis titulo possidendam, quam quidem gratiam, collatio-
nem seu donacionem, si dictus Tobirgast legitimis heredibus non relictis decedere contingeret seu
obire, tunc ad reliquos fratres suos, predicti Betkini de Ost filios legitimos, ea gratia ac juris
plenitudine, qua supra, graciosus extendi volumus et devolui. Testes vero hujus sunt discreti Viri
Wolffardus Lengenfelder et Gottfridus Hagen, milites, et Jacobus, Prothonotarius noster
et Cappellanus, et Nicolaus Nemingk, civis noster in Frankenford, cum pluribus aliis fide-
dignis. Datum in Franckenford, anno Domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo, in die beati
Martini.

Nach einer Abschrift aus L. R. v. Werner's gesammelten Nachrichten Bd. I. pag. 72 und der Diekmann'schen Ur-
kunden-Sammlung des Geh. Staatsarchives f. 288.

XXV. Die Markgrafen Ludwig d. R. und Otto belehnen Betkin von Ost für das ausbedun-
gene Oeffnungsrecht an Driesen mit 50 Mark Silber aus den Abgaben der Stadt Friedeberg,
am 11. November 1350.

Nos Ludewicus Romanus et Otto, Dei gratia Brandenburgenses et Lusatie
Marchiones, necnon Sacri Romani Imperii Archicamerarii, comites Palatini Rheni et Bavarie Duces,
publice presentibus protestamur, quod nos viro strenuo Betkino de Ost, fideli nostro dilecto, ac
legitimis et veris suis heredibus, fidelia ipsius pensantes ossequia, contulimus et presentibus conse-

rimus quinquaginta Marcas argenti Brandenburgensis et ponderis ob id etiam, ut ad castrum seu domum ipsorum Driefen nobis ac nostris pro singulis nostris necessitatibus et indigenciis semper accessus ac introitus pateat liberalis, singulis annis in pensione precaria seu contributione ciuitatis nostre Fredeberg integraliter ipsis dandas, a nobis quoque dicte Civitatis contributionem in antea libere tenendam, percipiendam et pacifice tollendam terminis consuetis et possidendam. In cuius testimonium Sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Testes hujus sunt viri nobiles Ulricus Comes de Lyndow, Guntherus Comes de Schwartzburg, Fridericus de Lochten, Hasso senior de Wedell, Johannes de Buch, Henningus de Vchtenhagen, Henningus de Wedell cum pluribus fidedignis. Datum in Frankenfort, anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo, in die beati Martini.

Nach einer Abschrift in L. N. v. Berner's gesammelten Nachrichten Bd. 1, p. 70.

XXVI. Markgraf Ludwig d. N. verschreibt dem Bethin von der Ost das Angefälle der Besitzungen der von Kremtow, am 11. November 1350.

Noverint etc. quod nos Ludovicus etc. intuitis meritis et fidelis obsequiis, nobis per strenuum militem Bethkinum de Ostb, fidelem nostrum dilectum, exhibitis et adhuc fideliter exhibendis, eidem et suis heredibus contulimus et presentibus conferimus deuolucionem omnium bonorum Henningi et Iudekini, nec non aliorum dictorum de Cremmetzow, residencium in Hermentorp, camentam et curiam ibidem sitas, mericam et ligna predictis de Cremtzow pertinencia; sic quod memorati Bethkinus et sui heredes premissa bona, si ipsos de Cremtzow obire contingeret heredibus non relictis, debebunt in antea perpetuis temporibus pacifice possidere. Dantes eidem de Ost stagnum dictum wuffow, quod pertinet ad dictos de Cremtzow, prope dictam villam situm, iusto perpetuitatis titulo possidendum. In cuius etc. Testes Lindow, Buch, Hasso senior de Wedel, Jo. de Wedel. Datum Bernow, in die Sancti Martini.

Aus Sachwischer Abschrift.

XXVII. Markgraf Ludwig d. N. vereignet den Augustinern zu Friedeberg mehrere Besitzungen, am 17. November 1350.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. Cupientes fore participes bonorum operum, que per religiosos heremitas fratres ordinis sancti Augustini in Fredeberg, caminensis diocesis, deo sedulo exhibentur, eidem fratribus presentibus et futuris damus et solempni donacione dona-

mus per presentes duos mansos, in villa mansfelde sitos, quondam ad Rupertum Blomeken pertinentes, et unum mansum in villa Bercholt, quem olim habuit et possedit (hier ist wohl im Copialbuche eine Zeile ausgelassen): qui videlicet Rupertus et Block pie donacionis affectu moti, quem ad fratres predictos habuerunt dictos mansos coram nobis per resignacionem solempnem pro se et suis heredibus memoratis fratribus et ipsorum conventui dimiserunt, nobis intime supplicantes, ut eandem resignacionem ratificare, approbare et confirmare nostris literis dignaremur. Nos vero iustis eorum votis annuentes sepe dictos mansos cum omni jure, precaria et servicio quocunque iusto proprietatis titulo damus, ut premititur, fratribus superscriptis habendos, possidendos pacifice temporum curricularis sempiternis, nichil juris, actionis vel impeticionis, quibus solempniter renunciamus, in eisdem nobis et nostris heredibus vel successoribus penitus reservantes. In cuius etc. Testes Swartzburgh, de Lindow, Buch, Haffo senior de Wedel cum ceteris. Anno MCCCL, feria quarta ante diem elizabeth.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 148.

XXVIII. Die Markgrafen Ludwig der Aeltere und der Römer legen der Stadt Tanfow die Hütungs- und Holzungsgerechtigkeit in der Heide bei, am 27. November 1350.

Wy Ludowig vnd Ludowig etc. Bokennen, dath wy den bescheiden mannen, den Rathluden vnd den gemeynen borgern vnser stedekyns Tanko fulke gnad dan hebben vnd don mit dissem brieffe, dath ze ere see vp vnse heyde driuen mogen, wen ze willen, ane in der lamtyth, dar eth en vnse heyderider vorbiden, dath is tusschen wolburgen dage vnd Jacobs dage; vnd scholen legerholt dar vp halen, alzo vele als ze doruen to der nothdorff, alzo eth vp andern heyden recht is, vnd ock stande holt alzo vele, alze sie des bederuen to eren brugghen. Ock mach eyn yslich borger dar sulues in der heyden eyn fuder grafes halen an dem Sondage, wen he wil, vnd dar schal ze nemanth an erren edder hindern ewichliken. In cuius etc. Testes Haffo senior de Wedel, Haffo de Vchtenhagen, Ost, Loterpeck, milites, Johannes de Wedel et Morner cum ceteris. Datum Soldin, Anno M^o CCC^o L^o, Sabbato post katherine.

Aus einem Diplomatarium der Steinwehr'schen Bibliothek in Breslau.

XXIX. Markgraf Ludwig der Aeltere verleiht Tanfow, wie Henning von Wenden es bejessen, dem Bethese von der Ost, am 14. Dezember 1351.

Wir Ludewich etc. Bokennen vor vns, vnser erben vnd hochgebarn fursten Ludewich den Romer vnd Otten, Margrafen zu Brandenburg, vnser lieben Brudern, myth dissen

Briffe, das wir lange zeith globet haben den vesten ritter Betheke von der ofth, das wir em solten vnd wolten vorliehn Tankow, hufs vnd stadt, vnd de jerlyke plege mit dem zins, meth wassern, mit allen iren rechten vnd nutzen, holtzen, heyden vnd wesen vn allen seen, molen vnd molenstadt vnd bosundern stucken, wie die gnanth zin deyste rechte, dar sie horen, als die Heninck van wenden van vns zu lehen hath befaßen vnd als wir sie besitzen vnd gehath haben. Nu habe wy angefen de getruwen denste, die vns die vorgnant Beteke mith steden truwen gelan hath vnd noch vnser vnser brodern vnd vnser erben ton magh vnd sol, vnd haben em vnd zinen rechten erben das vorgnant hufs vnd Stadt Tankow mit allen vorseuren stucken von vns vorbatz ewichlich vnd fredelich bositten, in aller wise, als vorseuren steyth. Dar ober zu gezugnitz gebe wir em dissen bress. Testes huius sunt nobiles viri comes Vlricus de Lindow, de Buch, Lochen, Saczenhouer, Redern, Hufener, Bredow, Vriberg, Rochow, milites, cum ceteris. Datum Berlin, Anno Milleesimo CCC° LI°, feria quarta ante festum beati Thome apostoli.

Aus einer Hackwig'schen Abschrift und aus dem Diplomatarium der Steinwehr'schen Bibliothek in Breslau, an beiden Orten mit der angezeigten Auslassung.

XXX. Markgraf Ludwig der Römer verleiht das Heidereiter-Amt in der Tankow'schen Heide dem Henz Opiser und dessen Vetter Cunz, am 29. Februar 1352.

Wir Ludewig die Römer etc. bekennen offenbar, das wir dem bescheyden Manne Honitzen Opiser vnd Cuntzen, zinen vetter, vnd iren erben gelegen haben vnd lien das ambacht vnser Heyde zu Tankow met alle den rechten, nutzen vnde friheiten vnd fruchten, die zu dem ambachte von alders weggen gehorth haben vnd noch gehoren zu rechte, so daz sie der heyden huten vnd die bowaren scholen, alle de wyle zie gute getruwe heyter zin, vnd vns vnd vnser erben alle jahr vnser rechten gulde aff schicken zu wonlichen zitten. Midt orkunt Datum Soldin, Anno MCCCLII°, feria quarta ante reminiscere.

Aus Diemann's Urkunden-Sammlung des Königl. Ges. Staatsarchives f. 249.

XXXI. Markgraf Ludwig d. R. überträgt Tankow, Haus und Stadt, die Landsberger Heide und andere Heiden dem Bürger Lange Brunow Goldschmidt zu Frankfurt zur Obhut, vor dem 2. April 1352.

Wir Ludewig die Römer etc. bekennen, das wir durch befundere denstes wille vnd truwe, de vns der erzam man Lange Brune Goldmet, Borger tu Vrankenfort, vnser lieber

getruwer, getan hath vnd vorbaz tun sol, yme lassen vnd entpohlen haben vnd befelden ouch met disen Briue vnser stadt vnd ock das bucz zu Tankow, darzu vnser heyde, die Landisberger heyde geheytzen vnd gnant is, vnd alle andere heyden, die zu dem vorgnanten bus vnd stadt gehören, also daz er die vorgnante hus vnd stadt vnd ock die heyde, als obbeschriben steyt, van vnser wegen inne haben sol vnd vns der pflegen, halten vnd hegen soll met allen iren rechten, nutzen vnd zugehorungen, de dor ab komen mogen oder darzu von alder gehören, vnd ouch ander hegemeister von der vorgnanten heyde wegen darab ingeuen haben, vnd sol vns domit getruwelychen zu vnsern framen wartend sin, als er besth kan. Darvm wollen vnd gebieten wir allen vnsern amptluden vnd allen andern, das sie em von vnser wegen darzu beholffen zin vnd in hiran nicht hindern, noch irren in keynerley. In cujus etc. Lochen, ridder, Brederlow, Trutenberch, M. Kokeritz, Loterpeck cum ceteris. Datum Spandow, Anno MCCCLII, feria ante dominicam Domine ne longe.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 249.

XXXII. Markgraf Ludwig d. R. belehut Andreas und Johann Hulperick mit der erkaufften Hälfte des Schulzengerichtes zu Woldenberg, am 25. April 1352.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. prudentibus viris andree et johanni Hulperick et filio suo iohanni et eorum heredibus contulimus et conferimus medietatem iudicii et prefecture in Woldenberg cum omnibus iuribus, proventibus, redditibus, honoribus, commodis et pertinenciis univrsis ad ipsam spectantibus, quam emerunt a discreto viro petzkone schulten, a nobis iusto pheodi titulo tenendam, habendam et pacifice possidendam eo modo, forma et iure, sicut idem petzke medietatem predicti iudicii habuit, tenuit et possedit. In cujus etc. presentibus ambobus Schwartzburgh, Jo. Kothbucz, Ost, Haffone de Valkenburg, Ottone Morner. Datum Fredeberg, Anno 1352, die beati Marci evangeliste.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 12. 101.

XXXIII. Markgraf Ludwig d. R. vergleicht sich mit Bethcke von der Ost wegen der Vogtei über Zantoch, Hochzeit und Tankow und verpfändet ihm die Tankower Heide, am 17. Juni 1353.

Wir Ludewig der Romer etc. bekennen, dat wie met den vesten manne Bethcke von der Ost, ritter, vm die voygdie, die hie von vns inne hath, hebben gededinget, dath wie

em fur sie hebben gefath vnd fetten met disen breue vor alle dat, dat he vns redlyken reken mach, dat he vp sie gewant vnd gewen heft, vnse heyde to Tankow meth dem heyde hauer, de dartu horeth, vnd wat von der Heyde vellet vnd bede van den dorpern Braunsvelde vnd Bufzow also lange, went he edder zine eruen die sculde, de he vns redelyken erkent, em botalet to afflage vnd vorgulden wert, so schal de heyde vnd bede weder vnse zin vor hunderth marck fuluers teyne. Worde finer sculde Mer, wan he vindet in der Heyde vnd Bede; so schole wy em mer darvor laten in vnse lande to landesperg vnd tu Vredeberg jo vor hundert punt teyne vnd vor hunderth marck teyne, also lange, wenth en er geld vorgulden werth. Vm scaden des schal he to vnse gnade gan. Wir scholen ock finen son Dobergofth loszen von synen werde, de Mizel tu minichen, tuschen hir vnd sant martins dach, de negest kumpt. Do wir des nicht, so schole wy em vnd zinen erben laten in vnfen landen vp dizit der odir XL marck vnd fulbers geldes, de hie vnd sie scholen vpborn also lange, wenth wy synen sone lozen, isfet III^c marck mer oder myn, jo vor hundert mark teyne vnd dat schal syn met des Vogedes wille, den wie vp dissiet der Odir zetten. Vm Szantoch schole wie den vorgnanten Betheke vnd zinen eruen de dedinge holden, de letzt van Swartzburg, von Kothbusz vnd Morner to Landisperg gededinget hebben. Vm die hochtyt schol id also stan, dat wie doran boholden, wat wy to rechte daran hebben. Vm Tankow de stat vnd wath dortu horth, scholen wie dem vorgnanten Betheken vnd synen eruen gunnen, wath rechtes sie daran hebben. In cuius etc. presentes Haffo de Vchtenhagen, Haffo de Valkenburg, G. Henricus de Wedel antiquus, Loterpeck, Trutenberg, Henricus Poltzin, Rube Levendal cum ceteris. Datum Nova Berlin, Anno MCCCCLIII, feria II ante festum beati Johannis Baptiste.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Ges. Staatsarchives f. 250 und dem Steinwehrschen Diplomatarium in Breslau.

XXXIV. Markgraf Ludwig d. R. überläßt der Stadt Tankow alle seine Gewässer in der Umgegend, am 19. Juni 1353.

Ludwig der Römer etc. Bekennen, dat wir vnfern lieben trewenn Rathmannen vnd den meynen Borgern to Tankow, die nu sint vnd nakamen, besolen hebben vnd boseln met disen Briefe alle vnser Water, die tu Tankow horn, dat es de Tankowfche fze vnd de heide Water, zo dat sie darover scholn vnse garnemeyster wesen ewiglichen in der wise, also hirnachreven stath: sie scholen vns vth dem Tankowfsee to allen tiden den drudden fisch geven vam touwe vnd van dem heydewatern den halven tal fisch vnd ok eynen Kessersfisch van islichen toghe, vn uff dat wie en die water gunnen vor allen luden, scholn sie vns alle jar geven vp sant Walpurgis dach auch I marck Water tynfs, gelick erer rechten plege. Datum nova Landsbergh, Anno LIII, feria quarta ante Johannis.

Aus dem Diplomatarium der Steinwehrschen Bibliothek in Breslau und aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Ges. Staatsarchives f. 2.

XXXV. Markgraf Ludwig d. R. verschreibt dem Betkin von der Ost Bedehungen zu Beyer-
dorf und Lohrensdorf, am 21. Juni 1353.

Wir Ludewig der Römer etc. bekennen, dat wie den duchtighen ritter Betkino von der Ost, vnfern lieben getruwen, vnd zinen eruen geleghen hebben vnd lien met diisen breue XII stucke geldes in der Bede to Beyerstorp ierlicher gulde, to hebben vnd to bozitten met freden vnd met gemache. Were ouch, das em dar brock an worde, zo scholen zie dat ouerge hebben in der Bede to Laurentzdorp. Dath hebbe wy dar vm gedan, dat wy mer houen hebben in dem dorpe to Goffow, wen XLI houen, de gegeuen worden vor III hundert marck vnd ouch dat vnse werth to franken Nickel Munck LV phunt von der Goffow vp geborth hefft, der wir ledich scholen zin. In cujus etc. presentibus Ost, Otto de Sliven, Polt-zin, Levendahl cum ceteris. Datum nova Berlin, Anno MCCCLIII, feria sexta ante Iohannis Baptiste.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 328.

XXXVI. Markgraf Ludwig der Römer überläßt Bürgern zu Friedeberg die Bede in Butzow,
am 30. Juni 1353.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. dimisimus et libere dimittimus per presentes discretis viris Henningo Kemyne et Wilkino Gluzzer, civibus in Fredeberg, fidelibus nostris dilectis, suisque veris et legitimis heredibus, precariam ville Butzow habendam, tenendam omni quoque modo et forma, quibus nos strenuo viro Betkino de Ost precariam dimisimus supradictam, secundum continenciam literarum a nobis desuper indultarum, tam diu pacifice percipiendam, donec inde C marcas denariorum levium integraliter perceperint. In cujus etc. Presentes Haffo de Valkenburg, Haffo de Vechtenhagen, Bredow, Kokeritz, Otto de Sliven, Trutenberg, Loterpeck cum ceteris. Datum nova Landespergh, Anno MCCCLIII, in crastino Petri et Pauli apostolorum.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 329.

XXXVII. Markgraf Ludwig d. R. überläßt der Stadt Woldenberg einen See,
am 25. August 1354.

Noverint etc. quod nos Ludovicus Romanus etc. dedimus, damus justo quoque proprietatis titulo donavimus viris prudentibus et discretis consulibus civitatis nostre Woldenbergh, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint, fidelitatis ipsorum consideracione stagnum Wotzick prope villam Hermentstorp situatum, habendum, tenendum, justo quoque proprietatis titulo perpetuis in antea temporibus pacifice possidendum, renunciantes quoque predicti stagni proprietati, omni juri, actioni et inpeticioni, quod vel que nobis ac nostris heredibus et successoribus nostris in eo competeabant seu competere quolibet poterint in futuro. In cujus etc. presentibus H. Episcopo Lubucensi, Werberg, Hassone de Valkenburg, Henningo seniore et Ludowico de Wedel, Griffkone, Ost, Kokeritz, de Sliven, Wanthseleven cum ceteris. Datum Soldin, Anno MCCCCLIV, in crastino bartolomei apostoli.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 104.

XXXVIII. Markgraf Ludwig d. R. vereignet Gebungen aus dem Hufenzinse der Stadt Tankow dem Peter- und Pauls-Altare der Pfarrkirche zu Soldin, am 21. Februar 1355.

Ad perpetuam rei memoriam etc. Noverint, quod nos Ludovicus Romanus etc. nostro et illustris principis fratris nostri karissimi Ottonis, Marchionis Brandenburgensis, nomine, divine remuneracionis intuitu, ad honorem et reverenciam omnipotentis dei, gloriose genitricis sue virginis marie et omnium sanctorum, nec non ob jugem et perhennem magnificorum principum Marchionum Brandenburgensium, predecessorum nostrorum piam recordacionem, in nostre, heredum, successorum nostrorum animarum memoriam sempiternam dedimus et donavimus, damus et donamus proprietatem III fructuum annuorum reddituum cum VII solidis denariorum brandenburgensium, sitorum in censu mansorum opidi nostri Tankow, quem censum Rouer et Schiltberg pro nunc in pheudum a nobis tenent et possident, ad altaris in ecclesia collegiata beatorum petri et pauli civitatis nostre Soldinenfis capellanum nostrum dilectum et hinricum Heydebusch et heredes suos ac Ludovicum de Goltzow, presbiterum, et Danielelem, ejus fratrem, pertinere debent, quibus sublatis de medio ad capellam dicte ecclesie Soldinenfis idem jus patronatus sine contradiccione qualibet ubique devolvetur pertinendum, perpetue et pacifice sine impedimento quolibet possidendam omni jure, modo, forma et condicione et cum omni validitate, quibus ad nos ipsa frustra hactenus pertinebat. Renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni juri et actioni, inpeticioni, quod vel que nobis quoad dictam donacionem competit aut competere possit. In cujus etc. presentibus Hassone, curie magistro, Hassone de Vchtenhagen,

Ottone Mornero, magistro coquine trans oderam, Haffone de Wedel de Valkenburg, Thiderico Mornero. Datum Soldin, Anno MCCCLV, feria tertia ante invocavit.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 120 und dem Steinwehr'schen Diplomatarium der Breslauer Universitäts-Bibliothek.

XXXIX. Markgraf Ludwig d. R. verzeignet der Stadt Woldenberg einen von Betkin von der Ost erkauften Wald, am 18. Juni 1355.

